

## **Dispvtationes Theologicae**

Quatuor Tomis distinctæ: Qvibus Vniversa Theologia Scholastica Clare,  
Breviter & accuratè explicatur

De Deo, Et De Angelis

**Martinon, Jean**

**Burdegalae, 1644**

Sect. 2. Per quid formaliter personæ diuinæ constituantur in esse  
personæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73898](#)

Quomodo  
dilectio  
subsistens  
suppositum  
& persona?

tas est supposititas: & omnis suppositali-  
tas est hypostasis sua subsistentia: sed non  
vice versa. Sic ut omnis homo est animal, &  
omne animal est vivens: sed non vice versa.  
Itaque latius patet subsistentia, quam suppo-  
sititas: & supposititas latius patet, quam  
personalitas. Quia subsistentia abstrahit a mo-  
do essendi per se, totius vel partis: neque am-  
plius habet in suo conceptu quam est per se,  
id est, vi propria subsistentia, incommunicabi-  
litas alterius, sive ut subiecto, sive ut termina-  
ti hipostaticae, & complementi secundum exi-  
stentiam. Supposititas vero dicitur ratione de  
modo essendi per se totius substancialis comple-  
ti, sive rationalis, sive irrationalis. Personalis  
denique dicitur solum de modo existen-  
di per se totius rationalis sive intellectualis.

Similiterque subsistens dicitur de quocun-  
que existente per se, sive sit totum, sive pars.  
Suppositum dicitur tantum de toto substanciali  
completo in esse natura, & in esse hypo-  
statico, sive rationali, sive irrationali, anima-  
to aut inanimato. Persona vero dicitur tan-  
tum de toto substantiale rationali sive intel-  
lectuali, completo in esse natura & hypotho-  
statico: ut de Deo, de Angelis, & de homini-  
bus. Nam persona est nomen dignitatis,  
& tribuitur solum individuis naturae intellec-  
tualis, qua in eo praecellunt omnibus aliis,  
quod habent liberum dominium in suis  
actus, & non nullum agunt sicut alia, sed  
per se agunt: ut recte ait S. Thom. q. 29.  
art. 1. c. Quoniam illa differentia potest  
esse solum penes connaturam, & non intrinse-  
ce in ipsa hypostasi sive subsistentia. Nam  
subsistentia materiae avulsa a toto & seorsim  
existens, non diceretur supposititas: ac  
acet eadem esset intrinsecus, atque est tunc  
quando componit totonc substantiale cum  
forma materiali, quod totonc non habet  
aliam suppositatatem, quam subsistentiam  
materiae, qua iam fortitur nomen supposi-  
tatis, quia est subsistentia totius denominatiunc.  
Sic etiam si Verbum assumeret na-  
turam brutam, non constitueret cum illa per-  
sonam, sed suppositum: licet eadem esset  
hypostasis qua terminando naturam ratio-  
nalem, putat humanam, facit cum illa per-  
sonam.

Obiectio, si nomen suppositi & persona  
est nomen totius: ergo Verbum divinum  
componens Christum cum humilitate, non  
est persona neque suppositum: quia non est  
totum, sed pars illius compositi. Respon-  
deo ita esse, loquendo de Verbo divino ut  
reipsa Christum componentem: id est, non  
debet dici personam & suppositum quatenus  
componit & quatenus est pars. Vnde  
in Christo non sunt duas personae, quarum  
altera sit Verbum, & altera Christus: sed  
una ex duabus naturis, coniunctis in una  
hypostasi. Est tamen Verbum in eiusmodi  
compositione id a quo formaliter est ratio  
personae, & a quo totum illud compositum  
constitutur in esse suppositi per diuinam eius  
hypostasim: ideoq; Christus est suppositum  
diuinum.

## SECTIO II.

Per quid formaliter persona dicitur constituans  
in ratione persona?

**Q**uod in Deo sit vera & propria ratio  
personae, fides & ratio naturalis docent.  
Primum enim dicit per hanc vox non expri-  
matur in sacris literis: res tamen ipsa expri-  
mitur, quam Concilia, & sancti Patres, &  
Ecclesia uniuersa voce illa declarant. La-  
teran. cap. 1. & 2. de sum. Trinit. Toletan.  
XI. in Confess. fidei, Hispalense secundum  
can. 13. Athana. in symbolo: Hila. lib. 3.  
de Trinitate non longe a fine, & in clavi sive  
introitu in Psalm. primum, initio: Hero-  
nym. epist. 57. Augustin. lib. 7. de Trinit.  
cap. 4. circa medium, Fulgent. lib. de fide  
ad Petrum cap. 1. Ecclesia denique Latina  
uniuersa sic canit in Praiseatione Missæ de  
sanctissima Trinitate: In essentia unius, & in  
personis proprietas, & in Majestate adoratur  
equalitas. Ratio quoque naturalis idem  
aperte docet, abstrahendo tamen ab unitate  
vel pluralitate personarum, quæ pluralitas  
in diuinis naturaliter nobis cognoscenda est. Et  
enim persona nihil est aqua, quam natura  
intellectualis substantia individua comple-  
ta, & ultimè terminata secundum existen-  
tiam, sive incommunicabilis alteri ut termina-  
nti exstantia, & ut subsistenti aut susten-  
tanti: vel ut alij loquuntur, per se subsistentes  
incommunicabilitate, modo scilicet superio-  
ri sectione explicato. Atqui Deum talem  
esse naturaliter notum est: Quia necesse est  
omnem rem existentem habere ultimum  
terminum & modum suæ existentia, si existat  
connaturali modo: ut de diuina natura sen-  
tire oportet: neque enim potest à statu sibi  
connaturali abducatur aut impeditur: Hic autem  
terminus in natura substanciali est subsistentia  
sive hypostasis, & in natura intellectuali per-  
sonalis appellatur: ut supra dictum est. Est  
quoque naturaliter euides naturam diuinam  
non esse, aut esse in alio ut in lecto susten-  
tante, vel alio quopiam termini ut hypo-  
stase, quam propria hypostasi, sive una, sive  
multiplici.

His præmissis Respondeo, Patrem, Filium,  
& spiritum sanctum esse utriusque formaliter in  
ratione personae, non per communem subsi-  
stentiam naturæ, qua nulla est, sed per tres  
relationes, reæliter distinctas paternitatis,  
conformatio, & spirationis passiuæ: quibus quar-  
ta relatio, spiratio videlicet aeterna, commu-  
nis Patri & Filio, non est annumeranda.

Prima pars est Aenensis, Bonavent. Ri-  
ardi, & aliorum veterum Scholasticorum, quos  
citant & sequuntur Vlaq. 1. p. disput. 125.  
cap. 3. Valent. disp. 2. q. 3. p. 3. pur. 3.  
colum. 3. Recan. cap. 3. q. 9. & alij Recen-  
tores. Probatur, quia de fide est tres esse  
personas diuinas, & non plures, neque pau-  
iores. Ergo sunt tres subsistentia seu per-

sonalitatem, & non plures, neque pauciores. Probatur consequentia. Nam in Trinitate non multiplicantur concreta, seu concreta formarum substantiae sumpta, nisi multiplicatio formis quibus constituantur, & secundum earum multitudinem. Ideo que tres personae non sunt nisi unus Deus, qui non habent nisi unam Deitatem. Et Christus est unica persona propter unicam substantiam seu personalitatem, in qua duæ naturæ, divina & humana, coniunctur hypostaticè. Ergo ut in diuinis sint tres personae, & non plures, neque pauciores, debent constitui formaliter in esse persona per tres hypostases seu personalitates, & non plures, neque pauciores. Ergo non per unicam, quæ sit naturæ, & communem omnibus. Alioquin non magis essent tres personæ quam tres Di.

Sed neque illa communis substantia, quæ sit naturæ seu essentia diuinæ, admittenda est. Etenim natura, & quicquid est commune essentia, descendit ultius, & communicatur personis ultimæ concludentibus & terminantibus hypostaticè quicquid commune est. At hoc repugnat ratione substantiae, quæ debet esse ultimus terminus existentia naturæ substantialis, & constituere ens substantiale suum & ultimum conclusum ac terminatum in existendo. Ideoque Patres & Concessia postquam de nomine & significatio substantie & hypostasis conuentum fuit (de quo diu contingerent, ac non raro pro natura seu substantia & essentia diuina usurpauerant, vt Agatho Papa, & alij quidam & Suare infra citati & obiecti, & longè plures relati à Didaco Ruis disp. g. r. scđt. 3.) negarunt communiter tres personas esse unam substantiam. Quod falsum esset, si tres personæ constituerentur per unam communem substantiam. Ait enim etiā dari tres substantias, & distinguunt substantiam & hypostasim ab essentia, & riteque esse unam essentiam, & triplices substantiam. Definiunt præterea viuam in naturæ humana factam esse in substance Verbi propria, non in essentia diuina, aut in hypostasi Patris, vel Spiritu sancti. Ac denique hypostasim in diuinis cum persona confundunt, nullaque aliam in Deo substantiam sive hypostasim agnoscent, quam personas & personalites diuinæ: vt. sive prosequitur & antiquorum testimonij confirmat Valq. disp. 123. & 125. Vnde consequens est nullam esse communem in Deo substantiam, sicut nulla est communis persona, vel semipersona, vt loquitur Caecilius, & Vasque merito ibidem reprehensus: tres esse hypostases diuinæ sive personalitates, ac non plures, neque pauciores; sicut tres tantum personæ sunt. Denique hunc esse communem Patrum consensum estatur Iustinus Imperator in edicto seu confessione fidei missa ad Ioannem II. Vbi post-

quæ dixit, licet una sit substantia Dei & humanitas Christi, non tamen unam esse naturam: quoniam non idem est natura, & substantia: addit, Omnes enim sancti Patres consenserant nos docentes aliud esseriarat, sive substantiam & formam: & aliud substantiam, sive personam. Et naturam quidem, vel substantiam & formam, hoc quod est communis significare substantiam verò sine personam, hoc quod est speciale.

Secunda pars respondit, quod scilicet persona diuina constituitur formaliter in ratione personæ per tres relationes realiter distinctas, paternitatis, filiationis, & spirationis passus, probatur, quia, cum persona diuina sint tres realiter distinctæ: debent constitui formaliter in ratione personæ per tres hypostases seu personalitates, quæ sint tres entitates realiter distinctæ, vt pro reali eorum multitudine multiplicentur etiam realiter personæ, & attributa substantia quæ hypostases formaliter & expresse significant. Atque praeter tres illas relationes paternitatis, filiationis, & spirationis passus, nulla est alia existens realiter triplex in Deo: ergo &c.

Quod vero spiritus actius non sit illis annumeranda, probatur primò ex communione loquendi vnu Conciliorum, sancti Petri Patrum, & Theologorum, qui in diuinis tres tantum hypostases, quatuor vero relations agnoscunt. Nam si etiam spiratio actius esset hypostasis, & ratio substanti formaliter: non minus essent in Trinitate quatuor hypostases, quam quatuor relations: tres nimirum realiter distinctæ inter se, & una duabus indentata (spiratio enim actius identificatur paternitati ac filiationi) atque inadiquata & partialis, tam in ratione relationis quam in ratione substantiarum respectu patris & filij, qui non solum per eam referuntur & substantiunt, (si etiam per illam formaliter substantiunt, vt volunt Adversarij,) sed per relationem quoque paternitatis & filiationis. Secundò, si spiratio actius esset ratio partialis substantiarum, & ratio personalis, respectu patris & filij, sequeretur non esse in Deo tres realiter personas simpliciter distinctas in esse personæ, sed tantum secundum quid. Nam totalis ratio personalis in Patre & Filio non esset sufficiens & taliter distincta, sed tantum secundum quid. Vnde pater esset persona ex parte tantum distincta a filio, ex parte vero eadem, propter identitatem spirationis actius, quæ esset ratio partialis substantiarum, seu personalitas Patris & Filii. Tertiò, spiratio actius est communis patris cum filio, cui communicavit vi processionis, propter non repugnationem quam habet cum illo, non minus quam omnipotencia, & cetera attributa. Nec vila est ratio cur non dicative communicari illi secundum propriam rationem termini existentie sive substancialis, ac velut ultimum concludenti & terminanti hypostasis.

Habetur  
Em. 2.  
Conciliorum.  
126. Tole-  
ry. II. pag.  
32. Vete-  
ris et. Co-  
loniensis.

non minus quam voluntas, & omnipotētia, & alia attributa substantialia naturæ diuinæ. M̄q̄us etiam distinguat spiratio actua, quam relationes alia. Nam alia personæ omnes à se iſuicem distinguunt: haec autem non distinguit Patrem à Filio. Consentient expressè D. Thom. q. 32. art. 3. aliquique plurimi, quos sequitur Suarez lib. 5. de Trinit. cap. 8. num. 6. vbi ad idem confirmandum hanc rationem addit. Quia relationes personales sunt relationes subsistendi, alioqui non possent constituer personas formaliter in esse persona. Spiratio autem actua non constituit personam, sed potius aduenit Patri & Filio iam constitutis in esse personæ per paternitatem & filiationem; ideoque neq; ipsa est ratio subsistendi, neque ex proprio conceptu secum afferit subsistentiam, sed per identitatem habet illam à personis quibus inest, nostro intelligendi modo. Hucusque Suar. ex quo infert alias differentiam inter spirationem actiua, & alias relationes diuinæ. Quod ista conueniunt immediate naturæ diuinæ, vel sine productione vt paternitas, vel per illam, vt filiatio & spiratio passiva. At spiratio actua conuenit immediae personis, easque supponit plenè constitutas in esse personæ. Sed haec ratio minus placet, quia supponit magis quam proba, id quod intendit. Et spiratio actua non minus immediate conuenit voluntati essentiali, quam paternitas intellectioni.

## SECTIO III.

Respondetur argumentis contrariis

22.  
Prima ob-  
iectio.

Dicitur.

33.  
Seconda ob-  
iectio.

**C**ontra id quod diximus, spirationem actiua non esse unam ex diuinis hypostatis, obijci potest quod spiratio actiua constituit spiratorem incomunicabilem Spiritui sancto, vt terminant hypostaticæ. Ergo est hypostasis, & constituit spiratorem in esse hypostatico. Respondeo non constituere incomunicabilem ex vi formali & speciali propriae hypostasis, quasi ipsa sit ultimus terminus. Etenim communicatur Patri & Filio vt terminantibus; & aq; postea comunicari Spiritui sancto vt terminati, nisi simpliciter repugnat illi inesse, propterea quod omnis communictio in Trinitate fit per identitatem eius quod communicatur, cum eo cui communicatur: non autem per realem compositionem, repugnante simplicitati summae personarum diuinarum. Ad implicat spirationem actiua id est in Spiritui sancto; qui producens & productum debent distinguiri realiter.

Secundo, contra id quod diximus, non esse in Deo substantiam absolutam, opinatur Suarez lib. 4. de Trin. cap. 11. & tom. I. in 3 p. d'p. 11. sect. 3. vbi contendit præter substantias tres relativas admittendam esse in Deo communem aliquam substantiam absolutam & essentialiem, qua-

Tomus I.

sit naturæ, & communis tribus personis. Idem cum Suarez docent Cajetan. ad q. 39. art. 4. & Miranda in summa Concilium, in annotat. ad sextam Synodum ad. II. Quorum argumenta hæc præcipue sunt.

Primum argumentum: Tres personæ diuinæ sūt unus Deus. Ergo sunt hic Deus. Ergo datur hic Deus communis tribus personis. Sed hic Deus est Deitas subsistentes. Ergo datur communis subsistencia communis tribus personis. Confirmatur quia in Deo absolute sunt priora relationis, ut docent S. Thomas & alii communiter. Sed hic Deus est quid absolute. Ergo est prius relationibus, atque adeo per se subsistit, & non tantum formaliter per relationes.

Respondeo nomen concretum Deus duo dicere. Vnum formaliter & expressè nem Deitatem realiter unicam & re ipsa communem tribus: Aliud materialiter & implicitè, subsistentiam scilicet realiter triplicem, & ratione tantum communem, atque vt talis confusa significatam & universaliter nomine illo, Deus. Significat enim suppositum aut subsistentem, eo modo quo in Deo est: videlicet non unum re, sed ratione tantum: quia Deus ad aquatim sumptus non est unum subsistens, neque unicum suppositum, sed tria, quæ indifferenter & confusa nomine Deus significantur. Ad confirmationem dico, Deum, ex parte significati materialis & confusi, non esse absolute secundum rem, & relationem, utpote relationibus personalibus constitutum; licet secundum rationem possit concipi in ratione persona confusa, & præcise à relationibus secundum propriam rationem relationis, priusquam concipiatur in ratione speciali talis personæ relationis. Sic ut etiam relationes prius ratione concipi possunt inadæquatè & confusa, ac præcise vt personalitates, quam vt relationes, & relationes taliter, actiue aut passiu, vt sequenti sectione declarabitur. D. Thomas autem, & alii qui dicent absolute in Deo esse priora relationes, docuntur de absolute in essentialibus respectu, relationum notionalium, quæ quoniam in his fundentur, & virtualiter ab illis oriuntur, posteriores sunt.

Secundum argumentum: Existentia diuinæ absolute & essentialis ex vi siue absolute perfectionis præcise sumpta, est non solum argum. ratio existendi sed etiam existendi in se & per se: in ut diuinitas, vt per illa existit modo perfecto, intelligatur per se existere, & non eger aliquo sustentante, neque aliquo alio modo re aut ratione distincto, vt in se aut per se existat. At qui existere per se, est subsistere, iuxta communem viam Theologorum & Philosophorum. Confirmatur quia ens per essentiam, est simpliciter & in genere entis infinitè perfectum formaliter per ipsa essentiam. Ergo includit in suo formalis & essentiali conceptu non solum existere, sed etiam modum in se & per se existendi. Neque concipi potest vt essentialiter quid incompletus.

Z 3